



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 9011826X**

§. 26. S. Ludovicus Tolosanus Cœlitum albo inferitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

Sæcul. XIV. neutquam sequi consilia virorum præ re-  
A. C. 1317. liquis sapientium, ac stipari juvenibus  
nullo rerum usu, nulla vel corporum  
vel animorum nobilitate præeditis. Hor-  
tatur, ut vestigiis majorum insistens ut-  
tatur consiliariis habilibus, sinceris, &  
a studio utilitatis propriæ alienis. Da-  
bat 17 Junii.

## §. XXVI.

*S. Ludovicus Tolosanus Cælitum albo  
inseritur.*

Duos abhinc menses Papa Joannes S.  
Ludovico Tolosano Episcopo, Regis  
Roberti fratri natu majori ante viginti  
annos mortuo cœlestes publicosque ho-  
*Sup. lib. 89.* nores decreverat. Anno 1307 Arelatis,  
*§. 53.* Ebreduni, Aquarumque Sextiarum Ar-  
chiepiscopi tres cum suis Suffraganeis  
& urbis Massiliæ Oratoribus Papæ Cle-  
menti V exposuerunt se ob cognitas  
*Rayn. 1317.* sibi Ludovici virtutes, ac ob miracula ad  
*n. 22.* ejus sepulchrum facta Papæ Bonifacio  
VIII supplicasse, ut eum ad ordinem San-  
ctorum adscriberet, quod agere non po-  
tuisset morte præventus. Quapropter  
idem a Papa Clemente flagitabant. Is  
Guidoni Santorum & Raymundo Le-  
ctoræ Episcopis 3. Aug. 1307 mandatum  
dedit, ut Ludovici vitam & miracula in-  
daga-

dagarent. Papa Joannes has inquisitio- Sæcul. XIV.  
nes continuari voluit; & post actiones A. C. 1317.  
necessarias ejus memoriam solenni ritu  
consecravit die Jovis intra octavam Pa-  
schatis septima Aprilis anno 1317: ut  
patet ex litteris, quas Papa cunctos ad  
Episcopos eadem die dedit. Scripsit hoc Bullar. to. I.  
etiam ad Reginam Mariam Sancti ma- Joa. XXII.  
trem, ad fratrem ejus Regem Rober. consl. 2.  
tum, cui suum ad coronam jus cesserat, Rayn. u. q.  
ad Philippum Franciæ, Jacobum Arra- 10. II.  
goniæ, Sanctum Majoricæ Reges, &  
ad cæteros Sancti propinquos viros ac  
fœminas principes.

### §. XXVII.

*Tolosæ figitur sedes Archiepiscopi.*

Hæc Ludovici ad Sanctos adscriptio  
Ecclesiæ Tolosanæ fuit honori, cui  
Papa Joannes alium adjunxit instituendo  
ibi archiepiscopatum. Rationes, quas  
in diplomate hac de scripto reddit, sunt  
amplitudo urbis ac diœcœeos; multi- Extrav.  
tudo populi adeo redundans, ut Anti- comm. Sat-  
istes unicus suas implere partes nequeat, vator 5. do  
& immensa Ecclesiæ hujus opulentia,  
qua fretus Episcopus posset in luxu vi- præb.  
vere, comitatum ingentem admittere,  
sumptus immoderatos facere, suis cognati  
nimio plus largiri, quin etiam in Præ-  
positos suos insurgere. Quocirca Cle-

G 5

mens